



**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Definitio simillitudinis, & diuisio in simplicem, & compositam. Capvt LIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

& spirantis hominis effigiem delicatissimum naui alicuius pictoris monumentum, ipsius artis, atque industriae suauibus illecebris capti, longe magis amplectamur. Imò turpes, & mortiferos vultus, quos re ipsa odimus, in picturis diligimus, ranta est vis similitudinis. Nec immerito Deus O.M. vt nos ad sui amorem pecciceret, suæ diuinitatis vestigia in rebus creatis longe, lateque dispersit, sed maxime in homine, cui se illustriori quadam manifestatis nota penitus assudit. Atque vt illum Phidiam ferunt in Minerua, quā præ cæteris simulachris exinia præstantissimæ manus gloria, omnibusque artis lenocinijs exposuerat, suam imaginem impressisse: Sic Deus prepotens ille rerum moderator homini radium suæ maiestatis, præclarissimam imaginem insulit, nec cā tantum re contentus, mundum illum elementarem, quem cernimus, ad superioris cuiusdam, atque intellectualis formam similitudinem compoſuit. Deinde cum ruas, & impolitos homines ad se traduxit, sanctissimisq; legibus vincere coepit, prius quidem figuras & clutu quædam veritatis vmanentes simili- bras praemisit, quas ecceisti postea luce colludivsem.

*Omnia sp*  
*ra*  
*stræt*  
*mentis, num animæ simulachrum est ratio, & rationis oratio?* Num maioris mundi in minori ducta sunt linea menta? Num Ecclesiæ status ad cælestem hierarchiam collineat? nū facultates, num artes, num omnia, si benè spectentur, spirant quandam rationem similitudinis? Ex quibus profecto conformatio nis quædam necessitate similitudines videmus in orationem influxisse, quarum non modo sua vis est iucunditas, sed ratio ipsa efficacissima est. Vide enim licet permultos, qui proposita reram nuda, varietate nullo modo mouentur, auecipio quodam elaboratæ similitudinis delectari, rapi, incendi. Hoc ut cætera discretissime dixit D. Augustinus epistola cen-

D. Aug. ep. testima decima nona, vbi quantum in parabolis, & similitudinibus, momenti sit positum,

*Præclarus* his verbis offendit.

D. Aug. lo- Credo, quod ipse animi motus, quamdiu eis in com- rebus adhuc terrenis implicatur, pigrus im- mendatione flamarunt, si vero feratur ad similitudines cor- similiūm. porales, & inde ad spiritualia, quæ illis similitudinibus figurantur, ipso quasi transiit vegetatur, & tanquam in facula ignis agitatus incenditur, & ardentiore dilectione rapitur, ad quietem, & quietem. Conducebat enim hæc sensuum multiplicitas humanae mentis som-

nolentiæ excitandæ. Quod in promptu est negligimus, vt in foribus hydriam, iuxta Græcorum prouerbium, ad recondita, semotaque sunius audiores, & vt magis illa iuuant, quæ pluris emuntur, ita cariora nobis sunt, quæ cū labore sumus assequiri, & quām quæ vltro obtigerunt. Præterea, quemadmodum multa per virorum succina polluent iucundius, ita magis delectat veritas per allegoriam relueat. Demum sicut habet plus caloris radius speculo, aut ænea pelui exceptus, ita vchenemtius afficiunt animos nostros, quæ per allegoriam traduntur. Hæc D. Augustinus, in quibus non modò delectationem, sed & vim tribuit similitudini per magnan. Nolim tamen difficeri apud Dialeticos, tñlum plerunque imbecillius esse similitudinis argumentum, quod exigitari, vellicariq; facilius potest, sed apud oratores, vbi res aliquando non tā probandæ sunt, quām illustrandæ, persuasionem obtinet cum quadam illecebra delectationis.

Definitio similitudinis, & diversio in simpli-  
cem, & compositam.

CAPVT LIII.

Vide Cic. ad

Similitudo est cognitionis quedam inter reis similes affectio. Affectio reru dicitur, ne in ipsa tantu oratione sita existimetur, similitudo; oportet enim ante industriam comparantis, mutam esse in ipsis, quæ comparantur rebus speciem similitudinis. Hæc autem affectio, vel maior est, vel minor, vel in uno, vel in pluribus adiunctis intercedit, quod minime necesse sit, quæ comparantur consentire prorsus in omnibus, alioqui paria magis essent, aut æqualia, quām verè similia. Quod multi haud sat intelligentes, in deteriorem ea, quæ per similitudinem dicuntur partē rapiunt, atque vbi simplex est ratio similitudinis, ibi requirunt æqualitatem, in quo varios, & multiplices trahi errores necesse est: Comparari potest homo cum aqua, cum igne, cum formica, cum elephanto, cum rebus non modò diuersissimis, sed etiam plene aliquando contrarijs. Nec tamen vitium erit in comparatione. Si modo vnum, aut alterum caput similitudinis complectatur. Si diceretur ignis aqua, leo, elephas, formica, continuo in eodem ignis, aquæ, elephantis, formicæ, partes essent affixandæ, sed cum igni, aquæ, elephanto, formicæ similis dicatur, vnum duntaxat cognitionis argumentum proponatur, sufficit, ad

B b ipsa

ipsum rationem similitudinis, quae est adiunctarum saltum rerum comparatio. Adiunctorum autem tot post sunt esse collariones, quae sunt prima rerum genera, sive categorie. Nā licet sepius in qualitate, quae latissime funditur similitudines consistant, ceteras rarer categorias, ut quantitatem, & situm, ut agere, ut pari, & similia complectuntur.

*Divisio si-  
militudinis.* Similitudinis autem variae divisiones, & genera notantur a Reroribus. Et primū quidem similitudo simplex est, quae duarum est rerum in via dyntaxa affectione consensus, ut animali, & hydropis in cupiditate. Alia multiplex, qua modo res multæ cum multis in eadem parabola comparantur, modovna cum multis, modo duas quidem conferuntur, sed in affectionibus multiplices.

*Theodor.  
in orat. de  
fidei.* Ideas in hoc Theodoreti exemplo quatuor, imo octo comparari. ὁτερ γέροντις οὐδενός είσιν σώματα, τέτοια πάσιν οὐδενός είσιν φύσεις. Μᾶλλον δέ τοις οὐδενός είσιν φύσεις οὐδενός είσιν φύσεις. Τα δύο τα δύοτα, οὐτε δέ τοις οὐδενός είσιν φύσεις οὐδενός είσιν φύσεις.

Quod enim est oculus in corpore, hoc fides in mente. Imo ut oculus eget lumine, cuius beneficio cernat ea, quae in videndi sensum cadunt, sic mens luce, quae ostendat diuina. Comparantur oculus, fides: corpus, mens: diuina visibilia: Iterum lux, & fides, quanquam alia in qualitate, ut lux, & fides: alia in habitudine dyntaxa, ut mens, & corpus conferuntur. Alias via dyntaxa cum multis, & in multis conferuntur, quo gratia similitudinis existit suauior. Qualis est ista Senecæ. In homine optimum quid est: Ratio: hanc antecedit animalia, Deos sequitur. Ratio ergo perfecta, proprium hominis bonum est: cetera illi cum animalibus, satisq; communia sunt. Valet: & leones. Formosus est: & paniones. Velox est: & equi. Non dico in his omnibus vincitur. Non quero, quid in te maximum habeat, sed quid suum. Corpus habet, & arbores, habet impetum, & morum voluntarium, & bestia, & vermes. Habet vocem, sed quanto clariorem canes, acutiore aquila, grauiorem tauri, dulciorem, mobiliorumque lasciviam.

*Senecæ p. 76.  
Elegans, &  
opulenta  
comparatio-  
ni species.* Huius similitudinis magnus decor est, & incunditas, quia summa celeritate animum trahit in varia, quo motu creatur delectatio. Vide tam paucis verbis hominem comparatum cum leone, cum panione, cum equo, cum arboribus, cum vermis, cum canibus.

*Arnob. ad.  
mer. genses.*

cum tauris, cum aquilis, cum luscinij, & singula singulis attributa præclare assignata. Res autem duas in multis affectionibus comparare, satis illud quidem commune est, & quo plura reperiuntur similia, eò maius est decus similitudinis. Tales sunt ornatissimæ similitudines, quae per se ipso sunt, qualis est ista apud Arnobium, ubi taurus agens suam causam apud Iouem, contra hominum crudelitatem, a quibus indignè maceratur.

An quod animal vilis sum (inquit) nec rationis, nec consilij particeps, quemadmodum pronuntiant isti, qui se homines nominant, & feritate transuersant bellus. Nonne primordijs isdem eadem, & me genuit, informavitque natura. Nonne spiritus virnus est, qui & illos, & me regit: num consimili ratione respiro, & video, & ceteris afficior sensibus? Habent ictora, pulmones, corda, intestina, ventriculos, & mihi membrorum, non idem numerus est attributus? Amant suos fetus, & gignendis conuenient liberis. Non & mihi proles subroganda est cura, & dulcedeo eum fuerit procreata? Sed rationales illi sunt, & articulatas exprimit voces, & ynde illis notum est, an & ego quid facio, meis rationibus faciam. Et vox ista, quæ promo, mei generis verba sunt, & solis intelligentur a nobis. Tale est Ciceronis in oratione pro Murena. Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas. Ille ut quid intendit, maturè eum exercitu perueniat. Te Gallorum, illum buccinarum cantus exfuscat. Tu actionem instituis, ille aciem instruit. Tu caues ne tui consultores, ille ne yrbes, aut castra capiantur, &cet. Nihil intet autem, utrū hæc articulatum, an permixtum dicantur, ut in illo Seneca, ut parentium certa indicia sunt audax, & minax vultus, tristis fons, torua facies, citatus gradus, inquietæ manus, color versus, crebra, & vehementius acta suspiria. Ita iracentium eadem signa sunt: Flagrant, & incandescunt oculi, multus ore toro rubor, exæstuantur ab imis præcordiis sanguine, labia quatiuntur, dentes comprimuntur, horrer, ac subriguntur capilli, spiritus coactus, ac stolidus, articulorum scipios torquentium sonus, gemitus, mugitusque, & parum explanatis vocibus sermo præruptus, &cet. Vides hic furiosi, & irati, non per articulos druidam, ut in Ciceronis exemplo, sed confusam in adjunctis collationem.

ALIA